Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36552
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

gentilium odoribus fetutis in omnibus locis templa fumarent.
Ante annos satis plurimos, id est sub Decio germano co
et Grato consulibus, sicut fideli recordatione retinetur, primum et
summum Christi Tholosana civitas sanctum Saturninum habere ceperat
sacerdotem. Cuius fide atque virtute hi qui in urbe eadem co
lebantur ceperunt demonum vaticinia cessare, commenta
nudari, artes detegi, omnisque apud illos gentilis poten
tia et fallacia Christianorum fide crescente decrescere. Cumque
supradicto episcopo ad ecclesiam idem temporis parvulam iux
ta capitolium quod inter domum suam et domum dei erat medi
um frequens iter esset, ac reditus sancti viri presentiam sus
tinere falax demonum turba non poterat. Et ut erant mu
ta symulachra nulla adumbrata fantasiis, ad sacrilega
obsequia et solita consulentium vota ceperunt in silentio
permanere. Cunctique sacrilege superstitione antistites
tante rei novitate permoti inter se invicem quererent un
de numinibus suis repente venisset tantis temporibus
inusitata taciturnitas, quae sua ita semper garrula oracla clau
sisset, ut nec invocantium precibus excitata, nec fuso cru
ore taurorum et tantis hostiis delinita, aliquid consulenti
bus afferre responsum, aut ira aut absentia denegarent.
Audiunt a quodam nostre religionis inimico novam nes
cio quam surrexisse sectam superstitione gentilitatis ini
micam, quae christiana appellaretur et in deorum suorum excidium mit
teretur. Huius etiam fidei esse episcopum Saturninum cuius crebro iux
ta capitolium ad conspectum ut ei excitata deorum suorum ora
metuisse, nec facile potuisse reserari, nisi episcopum illu
mors matura subtraheret. O infelix error et ceca